Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Congrediatur igitur Dux in Jure cum Comite quod Dominationis et Juris est, et ex supra abundanti speciali connectione inter Bavariae Duces et subditos recepta. Princeps gratis litigat, et eo versate in lite facilius ad decisionem rem pervenire poterit, quam cum subditis contra principem primatis bonis agere cogitur, idcirco minus gravatur, Contra non perpendunt summam Imperatori cuique universali Constitutioni contra aptissima Jura, et constitutiones Imperij per judicium fore sicuismodi pignorationes et arrestationes inter sibi immediate subditos inter limites Imperij sui factas, etiamsi sine ullius partis per judicio tollendi facultas adimatur. Cum tamen alias quilibet magistratus cautione prestita, de Jure tenetur relaxare arrestata per jura alius dedicta.

Potius verendum ne potentiores hoc non contenti in alijs etiam casibus tale prejudicium contra Imperatorem in consequentiam trahant, ut in executorialibus commissionibus, compulsorialibus et similibus nobis exercenda ob oculos posita sint, quae nonnisi metu revocari posset